



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1787**

**VD18 90119649**

§. 34. Libri a S. Romanæ Inquisitionis Congregatione proscripti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](#)

Sæc. XVIII. stros deprimant, ut per Religionis & Ministerii contemptum privatas suas opiniones circa res sacras in Ecclesiam invehant, & illimitatum dominatum conscientias & Ecclesiæ disciplinam ercent, ac sensim non modo eas quæ ad externum Religionis statum habent, sed & quæ ipsam etiam Religionem attingunt, pro suo arbitrio & neplacito sub ementita Principis auctoritate vel immutent, vel omnino abrogent, adeo, ut Religio brevi in pacem tuto regnandi artem, humanique ingenii commentum transformanda. Hæ sunt hodieum Prædicantium potissimum querelæ ac gemitus, contamen potius suos Protoparentes insarcere deberent, qui, ne uni Ecclesiæ Capiti sese subjicerent, se totamque suam Ecclesiam innumeris subdiderunt.

## §. XXXIV.

*Libri a S. Romanæ Inquisitionis Congregatione proscripti.*

Cum identidem librorum, qui vel doctrinæ vel bonis moribus adveniatur, contagio in omnibus ferme Provinciis latius serperet, S. Romanæ Inquisitione præpositi Cardinales, quantum in ejusmodi erat, ejusmodi malo proscriptionis publicæ remedium opponere non desisterunt.

runt, & quidem jam anno 1739. die Sæc. XVIII.  
decima tertia Aprilis per speciale de- A. C. 1741.  
cretum atro stigmate notarunt acta Ec-  
clesiae Ultrajectinæ exhibita in defensionem  
jurium Archiepiscopi & Capituli ejusdem  
Ecclesiae aduersus scriptum Cardinalis Ar-  
chiepiscopi Mechliniensis. Eadem die pro-  
scripta est Theoria telluris sacrae a Thoma  
Burneto edita, necnon alias liber sub  
nomine Theophili Israelis Canzii vulga-  
tus cum titulo: *Philosophiae Leibnitianæ*  
& *Wolfianæ usus in Theologia*, item Ni-  
colai Carteromaci Ricciardetto. Affixus  
quoque est Montgeroni liber *de veritate*  
*miraculorum a Paride aliisque Appellantibus*  
*patratorum*, unacum alio libro, cui  
titulus: *Ritus & consuetudines omnium*  
*populorum in universo*. Pariter Radul-  
phi Cudworthi *systema intellectuale* re-  
jectum fuit unacum libro *de jejunio per-*  
*petuo in honorem immaculatæ Conceptionis*  
*B. V.* Fuere insuper ad proscriptos re-  
jecti I. *Philomastiges Caselius*. II. *Diur-*  
*nale Indulgentiarum cinguli*. III. *Hugo-*  
*nis Grotii Manes vindicati*. IV. *Henri-*  
*ci Hamel Officium B. V. parallelometri-*  
*cum*. V. *Henrici Kippingii antiquitates*  
*Romanæ*. VI. *Dissertationes Lovanien-*  
*ses de locis Theologicis*. VII. *Historia In-*  
*quisitionis*. VIII. *Newtonianismus pro fœ-*  
*minis*. IX. *Relatio de liberis Murariis*.  
X. *Emanuelis Swedenbergii principia*

1 i 2 rerum

Sæc. XVIII  
A. C. 1741

*rerum naturalium. XI. Historia Eucharii  
slice infantum.*

Sequenti autem anno die vigesimi  
sexta Ianuarii eadem S. Congregatio  
proscriptis Parlamenti decretum, quo plu-  
rium Episcoporum epistolam de Appel-  
lantibus Sacramentorum jure privato  
suppressit: Clemens vero XII. per  
ciale Breve die vigesima sexta Januarii  
confixit P. Petri Courayeri Historiam  
Concilii Tridentini, & continuationem  
Novellarum Ecclesiasticarum. Ben-  
dictus quoque Papa singulari decreto  
prohibuit responsum ad Instrucionem  
Bergeri Montpessulanii Episcopi.

Anno autem hujus saeculi quin-  
gesimo primo Benedictus XIV. ferme  
Decembribus ad noxiorum librorum ce-  
suram rejecit collectionem consultati-  
num Parisiensium Advocatorum cor-  
Officiale Cameracensem. Pariter  
idem Pontifex speciali decreto die quis-  
ta Junii prohibuit Tabulam Historie  
vitæ Beati Joannis Soanen Sanitientis  
piscopi.

### §. XXXV.

*Principes atque Illustres hoc anno  
tis fundi.*

Hic quoque annus multorum Prince-  
pum obitu sat funestus erat, &  
qui